



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni
Bredenbachij S. Th. D.||**

Bredenbach, Tilmann

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

2. Idem de horribili morte Chrysaorij, exhortans vt tempestiuè ad meliorem vitæ statum nos componamus.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

orationibus insistere, & oppressum draconis
 presentia suis precibus adiuuare. Tunc repen-
 te liberatus magnis ceepit vocibus clamare
 dicens: Deo gratias. Ecce discessit, ecce exiit,
 ante orationes vestras fugit draco, qui me ac-
 ceperat. Mox autem seruiturum se Deo, & esse
 se monachum deuouit: atque à tempore illo
 nunc vsque febribus premitur, doloribus fa-
 tigatur. Morti quidem subtractus est, sed ad-
 huc plenius vitę restitutus non est. Quia enim
 longis & diuturnis iniquitatibus pressus est,
 longo languore fatigatur, & durum cogitatio-
 nis purgationis durior concremat: quia diuina
 dispensatione agitur, vt prolixiora vicia agri-
 tudo prolixior exurat. Quis illum vnquam
 seruari ad conuersionem crederet? quis tan-
 tam D E I misericordiam considerare suffi-
 ciat?

*Idem homelia 12. in Euangelia de horribili morte
 Chrysaorij, exhortans vt tempestiue ad meliorem
 vitam statum nos componamus.*

CAP. II.

REm, fratres charissimi refero, quam fin-
 tentē audire vult charitas vestra, ex con-
 sideratione illius vehementer instruitur. Qui-
 dam vir nobilis in Valeria prouincia nomine
 Chrysaorius fuit, quem lingua rustica popu-
 lus Chrysorium vocabat, vir valdē idoneus,
 sed tantum plenus viciis quantum rebus: su-
 perbia tumidus, carnis suę voluptatibus sub-
 ditus.

ditus, in acquirendis rebus auaritiæ facibus accensus. Sed cum tot malis Dominus finem ponere decreuisset, sicut à religioso viro quodam, qui nunc superest, propinquo illius didici, corporis languore percussus est. Qui ad extremum veniens, eadē hora, qua iam de corpore erat exiturus, apertis oculis vidit tetros & nigerimos spiritus coram se assistere, & vehementer imminere, vt ad inferni claustra se raperēt. Cœpit tremere, pallescere, sudare, & magnis vocibus inducias petere, filiūque suū nomine Maximum, quē ipse iam monachus monachum vidi, nimis & turbatis clamoribus vocare, dicens: Maxime curre, Maxime curre, nunquā tibi aliquid mali feci, in fidē tuā me suscipe. Turbatus mox Maximus affuit, lægēs & perstrepsens familia conuenit. Eos autem, quos ille insistens sibi grauiter tolerabat, ipsi malignos spiritus videre nō poterant, sed corū præsentia in confusione, in pallore ac tremore, illius qui trahebatur, videbant. Pauore autem terre corū imaginis, huc illucq; vertebatur in lectulo. Iacebat in sinistro latere, ad spectum corū ferre non poterat: vertebatur ad parietē, ibi aderant. Cum q; constrictus nimis relaxari se non posse desperaret, cœpit magnis vocibus clamare, dicēs: Inducias vel vsque mane, inducias vel vsque mane. Sed cum hæc clamaret, in ipsis suis vocibus de habitaculo suæ carnis euulsus est. De quo nimirū cōstat, quia

Na 6 pro

pro nobis ista, non pro se viderit, vt eius visio nobis proficiat, quos adhuc diuina patientia longanimitè expectat. Nam illi tetros spiritus ante mortem vidisse, & inducias petisse quid profuit, qui easdem inducias, quas petiit, non accepit? Nos ergo, fratres charissimi, nunc sollicitè ista cogitemus, ne nobis in vacuum tempora pereant, & tunc quæramus ad benè agendum viuere, cùm iam compellimur de corpore exire.

Ven. Beda lib. 5. cap. 14. historia Anglicana. De visione cuiusdam, qui commissorum penitentiam disferens, moriturus, vidit daemones codicem adferentes, in quo omnia sua peccata conscripta inuenit.

CAP. III.

FVit quidam in prouincia Merciorum, cuius visiones ac verba & conuersatio plurimis, sed non sibi metipsi profuit. Fuit autem quidam temporibus Coenredi, qui post Edilredum regnauit, vir in laico habitu atque officio militari positus, sed quantum pro industria exteriori regi placens, tantum pro industria suimet negligentia displicens. Admonebat ergo illum sedulo, vt confiteretur, & emendaret, ac relinqueret scelera sua, priusquam subito mortis superuentu tempus omne penitendi & emendandi perderet. Verùm ille, licet frequenter admonitus, spernebat verba salutis, seseque tempore sequenti penitentiam acturum esse promittebat. Inter hæc ta-

Etus